



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Modus absoluendi ab Excommunicatione maiore in foro externo cum à
Iudice Sacerdoti eam impendendi co[n]ceditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

tificijs datur facultas absoluendi ab omnibus censuris, sed nihil idcirco posse in causis irregularitatis, nisi id quoque specialiter expressum & permissum eis fuerit.

*Modus absoluendi à maiore excommunicatione
in foro conscientiaë.*

E Go facultate mihi cōcessa absoluo te à vinculo excommunicationis maioris quam incurristi (*hic exprimaturs causa, ob quam est excommunicatus*) & restituo te sacramentis Ecclesie & communioni fidelium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Quod si plures sunt causæ ob quas est quispiam excommunicatus omnes in absolute sunt exprimendæ, alioquin à solis expressis censetur absolutus.

Atque hic Sacerdos eorum meminisse debet, quæ supra numero XXVI. obseruanda diximus circa eum, qui in articulo mortis est constitutus, & ad instantiam alicuius excommunicatus.

*Modus absoluendi ab excommunicatione maiore
in foro externo, cum à iudice sacerdoti potestas
eam impendendi conceditur.*

1. Vt ea potestate rectè vtatur, primùm excommunicato iniungat, vt deinceps legibus Ecclesie & superiorū decretis obtemperet. Deinde in genua procumbere iusso, testibusque, si opus est, adhibitis Psalmum, Miserere, aut alium ex poenitentialibus recitet: quo finito, subiungat.
- 2.

Kyrielei-

De Sacramento Poenitentia. 79

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Verf. Nihil proficiat inimicus in eo.

Resp. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Verf. Esto ei Domine turris fortitudinis.

Resp. A facie inimici.

Verf. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

DEus, cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena constrinxit, miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum Dominum nostrum, Amen.


Quibus ita præmissis subiungat formam absolutionis ab excommunicatione proximè antegressam.

Forma dispensandi super irregularitate.

Qui

Qui facultatem habet irregularitatem alicui adimendi, non absoluendi, sed dispensandi verbo utetur hoc modo:

Ex commissione mihi facta dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quã vel quas, hac aut illa de causa cõtraxisti (**quando dubium est vtendum conditione, si contraxisti**) & habilito te executioni ordinum & officiorum tuorum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.



DE SACRAMENTO E V C H A R I S T I Æ

Instructio.

I.

SS. Eucharistiæ dignitas, & quæ de ea tractanda.



Vcharistiæ sacramentum, vt inter omnia mysteria à Christo instituta principem locum obtinere extra controuersiam est; ita dubitari non potest, quin summa pietate atque religione confici, sumi, administrari, custodiri, atq; cum opus est, ad infirmos portari debeat.

Euch. materia.

- II. Duplex est huius sacramenti materia: altera, panis ex tritico confectus, idemque azymus, seu fermenti expers:
- 1.
 2. altera, vinum ex vitis fructu expressum, modicum aquæ permistum habens.

III. Quan-